

ETA SIGMA PHI 74th Annual Latin Translation Contest (2024)

Advanced Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

In this excerpt from *De Agri Cultura*, Cato the Elder suggests how an absentee Roman landowner should conduct an on-site inspection of his rural estate. Glossed words are marked in bold.

1 Pater familias, ubi ad villam venit, ubi larem familiarem salutavit, fundum eodem die, si
2 potest, circumeat; si non eodem die, at postridie. Ubi cognovit quo modo fundus cultus siet,
3 operaque quae facta infectaque sient, postridie eius diei **vilicum** vocet, roget quid operis
4 siet factum, quid restet, satisne temperi opera sient confecta, possitne quae reliqua sient
5 conficere, et quid factum vini, frumenti aliarumque rerum omnium. Ubi ea cognovit,
6 rationem inire oportet operarum, dierum. Si ei opus non apparet, dicit vilicus sedulo se
7 fecisse, servos non valuisse, tempestates malas fuisse, servos aufugisse, opus publicum
8 effecisse. Ubi eas aliasque causas multas dixit, ad rationem operum operarumque revoca.
9 Cum tempestates pluviae fuerint, quae opera per imbrem fieri potuerint: **dolia** lavari,
10 **picari**, villam purgari, frumentum transferri, stercus foras efferri, **stercilinum** fieri, semen
11 purgari, funes **sarciri**, novos fieri, **centones**, **cuculiones** familiam oportuisse sibi sarcire;
12 per ferias potuisse fossas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi, hortum
13 fodiri, pratum purgari, virgas vinciri, spinas **runcari**, **expinsi** far, munditias fieri; cum servi
14 aegrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. Ubi cognita aequo animo sient quae reliqua
15 opera sient, curari uti perficiantur. Rationes putare argentariam, frumentariam pabuli causa
16 quae parata sunt; rationem vinariam, oleariam, quid **venerit**, quid exactum siet, quid
17 reliquum siet, quid siet quod veneat; quae satis accipiunda sient, satis accipiantur; reliqua
18 quae sient, uti compareant. Si quid desit in annum, uti paretur; quae supersint, uti veneant;
19 quae opus sient **locato**, locentur; quae opera fieri velit et quae locari velit, uti imperet et ea
20 scripta relinquat. Pecus consideret. Auctionem uti faciat: vendat oleum, si pretium habeat;
21 vinum, frumentum quod supersit, vendat; boves vetulos, armenta **delicula**, oves deliculas,
22 lanam, pelles, **plostrum** vetus, ferramenta vetera, servum senem, servum morbosum, et is
23 quid aliud supersit, vendat. Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.

ETA SIGMA PHI 74th Annual Latin Translation Contest (2024)

Advanced Latin

Notes and Vocabulary:

3	
vilicum	= <i>vil(l)icus</i>
9	
dolia	<i>dolium</i> , -ii n. wine cask
10	
picari	<i>pico</i> (1) cover with pitch
stercilinum	= <i>sterculinum</i>
11	
sarciri	<i>sarcio</i> , <i>sarcere</i> , <i>sarsi</i> , <i>sartum</i> repair
centones	<i>cento</i> , <i>centonis</i> m. covering of rags
cuculiones	<i>cuculuio</i> , <i>cuculionis</i> m. hood
13	
runcari	<i>runco</i> (1) weed, thin out
expinsi	<i>expinso</i> , <i>expinsere</i> , <i>expini</i> , <i>expinsitum</i> grind
16	
venerit	from <i>veneo</i> , not <i>venio</i>
19	
locato	<i>loco</i> (1) let out for hire
21	
delicula	<i>deliculus</i> , -i, -um defected, blemished
22	
plostrum	= <i>plaustrum</i> , -i n. wagon, cart